

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 2. Nuptiæ cum Christo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

vestri terminum, vos enim ad nuptias, agni canticum adfertis nouum, quod citharis vestris, hoc est, vesris cordibus, diuinis laudibus dedicatis, cantabis. Non erit gemitum nouum, quale dixit David, ut cantet omnis terra, sed tale, quod soli vos cantare possitis. Pergit sequentes agnum, sed quod peruenitur eum operatis, ut sistat? ubi sunt ingentia gaudia, non sicut huius mundi inania, aut gaudia communia reliquorum Sanctorum in celo, sed magis singularia & propria Virginum, quae sunt de ipso Christo, in Christo, & cum Christo, post Christum, & pro Christo, & ipsimet Christo. Reliqui Iusti habent sua gaudia de Christo; sed non qualia haec sunt. Sequantur Agnum, non quocunque ierit, sed quod ipsi possunt peruenire: possunt quidem in loco omni eum sequi; non tamen, quando ille cum Virginitatis pulchritudine progeditur. Haec S. Augustinus: quibus speciale præmium explicat, quod laureolam virginitatis appellamus. Sed audiamus, quæ S. Athanasius ad eandem confirmanda addit. Si quæ in hoc mundo nubunt, ait, relinquunt patrem, & matrem, suam, & adhærent viro suo: quanto felicior est Virgo quæ terrena omnia deserit, & adhæret, & coniungitur Deo suo, semperque sequitur eius agnum? O Virginitas! corona quæ nunquam marcescit, templum Dei, Sactarium Spiritus Sancti, gemma pretiosissima, vulgo hominum abscondita, à paucis inuenta, à multis odio habita, à solis dignis optata. O continentia, mortem destricens, possidens verò immortalitatem. Tu es gaudium Prophetarum, gloria Apostolorum, vita Angelorum, & corona Sanctorum. Beatus qui te obtinet, & constanter retinet, modicum enim pro te laborabit, & plurimum in te ipsa gaudebit.

## §. II.

## Nuptiae cum Christo.

EX HAC SANCTI Athanasij similitudine aliam possumus deducere Virginitatis excellentiam, desponsationem scilicet perfectissimam, quam celebrat cum Deo suo: de qua Apostolus: a despōndis vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Quasi dicat ego fui internuncius, & mediator, ut vestram virginem castam tradatis vni viro, qui est Christus. Quæ virgo propter hanc desponsationem sequitur agnum quocunque ierit. Quemadmodum enim uxor tenetur speciali quadam ratione virum suū sequi, quocunque ille iuerit; & ad vitam suam simul cum eo ducentam, ita ut non sit inter ipsos loci disiunctio, nec habitationis, etiam intimi recessus, ad quem non pateat illi aditus: ita casta & Sancta anima, eò quod Christo sit desponsata, eum sequitur, quocunque ierit, tanquam eius comes indiuidus, exercens se Sanctis meditationibus; & in eius præsentia semper ambulans, in feruepti oratione: quam sponsus in b suo introducit cellarā, & in ipsam c.

Tom. 3.

K.

lam

Lib. de San  
cta Virgin.  
1.27 &  
sequent.  
2. Psal. 95. 1.  
,, Singula-  
ria sunt  
,, gaudia  
,, virginum

,,  
,,  
,,  
,,  
,, Lib. de Vir-  
gin. suis de  
Meditat.  
,, Virgo soli  
,, Deo nup-  
ta viro  
,, suo ad-  
hæret.  
,,  
,,  
,,  
,,  
,,

Virgo Chri-  
sto despon-  
satur.  
a z. Cor. II. 2

b Cant. 1. 4  
c Cant. 2. 4

d Ps. 30. 21.

Tract. I. c. 16

e Cant. 6. 7

f Virgines in  
domo Dei  
reginae sunt.  
Psal. 44.

ibidem.

f Psal. 44.  
10. 15.  
Homil. in  
eundem  
Psalillum.g Matt. 25.  
10.  
Virgines  
procedunt  
obuiam  
nChristo.  
h Cant. 6. 1

lam vinariam preciosorum vinorum, & d abscondit in abscondito facie su  
quod non accedit strepitus hominum. Quod si dicas; dignitatem sponsariorum  
communem esse omnibus animabus in gratia Dei existentibus, ut par  
timo dictum est. Respondebo: in domo diuini Salomonis variis esse me  
lierum ordines, nam & Sexaginta (inquit) sunt Regiae, & ologizia concubine  
Adolescentiarum non est numerus. Una tamen est columba mea. Nam  
in spiritualibus hisce nuptijs varij sunt sponsarum gradus. Locum vnum  
illa tenent, quae, cum in ipsam castitatem aliquando deliquerint, postea pe  
nitentiam surrexerunt; has sequuntur Coniugatæ, & postea viduæ; at vi  
gines sunt tanquam Regiae, excelliores magisque dilectæ: eò quod de  
tanta dexteritate le gerere ac gubernare noverint, ut puritatem in omni  
perfectione seruauerint: sequentes Virginum Reginam, Virginem scilicet  
sacraissimam, quae per excellentiam est uisca columba, & omnino perfetta  
Palchertrime hoc totum proponitur in psalmo 44. in quo agitur de nuptijs  
filij Dei cum Ecclesia, cuius titulus est: Pro iis, qui commutabuntur filii  
Canticum pro dilecto; quem tamen titulum Sanctus Hieronymus, sequens  
hebraicam lectionem, vertit: victori profilius litorum &c. qui, ut supra est  
etiam, sunt illi, qui virginitatem profitentur, & colunt, significatam per illas  
in quibus Christus vincit, & ex hominibus Angelos facit. Et in ipsius pa  
mi progressu, cum dixisset: fastit Regina à dextris tuis, eamque præclare la  
dasset, addidit: adducetur Regi Virgines post eam, proxime eris afferentur tibi  
ferentur in letitia & exultatione, adducetur in templum Regis. Quod ita S. Il  
silius explicat: adducentur ad conspectum cœlestis Regis virginis, quae  
sunt Reginam sequuntur; & quae proximè, per maiorem scilicet imitan  
tatem ad illam accedunt, coram te comparebant. Omnes cum laetitia &  
ultatione venient, & in Regis æterni templum ingredientur; eo quod non  
ex necessitate, aut coacte, sed sponte, & magna cum animi voluptate vir  
ginatatem sunt complexæ. Ac propterea nunquam discedunt, à praecipua  
Regina, & Christi sponsa, ipsa scilicet Ecclesia, sed in ea sequuntur Reginam  
virginum, quae est sanctissima eius mater, & perueniunt usque ad sanctos  
sanctorum: quod non ingrediuntur pedes culpa aliqua maculati. Hæ sunt vi  
gines prudētes, quæ habentes accensas lampades, & rebus necessarijs ade  
conseruandas, bene præparatae, & ex eunt obuiam, sponsa, & intrant  
eis ad nuptias, non quasi domesticæ famulae; sed tanquam præcipue patrum  
mystici corporis Ecclesiæ, quae est sponsa agni, ac propterea & ipsæ tan  
quam sponsæ cum eo celebrant spirituales suas nuptias cum ingenti laetitia  
in præmium, quod carnales respuerint. Præclare hoc declaravit ipsa  
sponsa in libro Canticorum, dicens: h dilectus mens descendit in horum suum  
arcuolam aromatum, ut pascatur in horis, & lilia colligat. Ego dilectus mo, &  
dilectus

dilectus noster qui pascitur inter lilia, & sensus est: descendit maiestas Dei ad visitandum conclusum Ecclesiam huius horum, in quo variae sunt areole florum fragrantium, diversi scilicet status & gradus Iustorum; ut odore, & sapore sanctorum eos sum vitaram selecere: Sed praecepit afficitur pulchritudine & odore lilynam, hoc est virginem, quas sibi ipsi colligit: eum in meum, quo quis decerpit pulchrum aliquem florem ex viridario, ut secum gerat, eiusque odore recreetur. Neque his contentus, more & ingenio certius (de quo dicitur quod pascuntur lilijs, eoque pastu plus quam alio delectetur, & in viscera sua immittit) pascitur & ipse huiusmodi lilijs, quae intimi amoris unione sibi tanquam suas sponsas coniungit: ex quo prouenit: ut te aeternè sibi dicant: *dilectus meus mibi, & ego illi*. hoc est totus ille meus est, & ego tota illius: ille mecum unitus est, & ego cum eo: sed quod veterque simus unus spiritus: & ille vult quod ego volo, quia ego non volo, nisi quod ipse vult: omnes meæ res sancti plus; sicut etiam res ejus sunt meæ. Mea est eius omnipotentia, ad defensionem meæ puritatis; mea est Sapientia, ad astutias Sathanæ reprehendendas; mea est prudentia, ad meam lampadem ornandam; & mea sunt eius virtutes, quibus ego dicer, & gloriosis obtineam victorias. Ó virtus gloriosissima, quis tuos aperiet thelauros, quos in te contines! Continentia (ait S. Cyprianus) est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordia capit. Pudicitia solicita non est, cui placeat, nisi sibi; pudicitia semper verecunda, dum innocentia mater est: pudicitia semper ornatur solo pudore, bene sibi conscientia de pulchritudine, si improbis displiceret: pudicitia nihil ornamentorum querit, decus suum ipsa est.

Hæc nos commendat Domino, connectit Christo, hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorum prælia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa, & beatos efficiens, apud quoscunque habitare dignatur, & infra: Virginitas, & equat se Angelis, si vero exquiramus, etiæ excedit, dum in carne luci vicioram, & contra naturam fecerit, quam non habent Angeli. Virginitas stata, quid aliud est, quam futura vita gloria meditatio? Virginitas neutri sexus est: virginitas est perseverans infantia: virginitas est voluptatum triumphus: virginitas filios non habet, sed quod plus est, filiorum contemptum habet; non habet fecunditatem, sed non habet orbitatem: felix, quod est extra partus dolorem; felicior autem quod est extra funerum filiorum calamitatem. Et infra: Nihil animum fidem sic doletat, quam integra, immaculata pudoris conscientia: Voluptatem viciisse, voluptas est maxima; nec villa maior est victoria, quam ea que à cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit fortior fuit altero: qui libidinem repressit, seipso fortior fuit: qui inimicum postrauit, exterrit hostem percussit: qui cupi-

*n Ecclesiæ  
varij sunt  
status iusto-  
rum.*

*Vide Mart.  
del. Rio. ibi.*

*Christus a-  
more inti-  
mo sibi iun-  
git virginem.*

*Omnia  
Dei bona -  
virginibus  
communiæ  
sunt.*

*Lib. de dis-  
cipli. & Bo-  
no pudicit.*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

*” ” ” ” ” ”*

Mala faciliu  
tur vincuntur quam  
voluptas.  
i Isaiæ. 61. 10.

k Sapi. 8. 2.

Castitas  
post pralia  
cum eius  
hostibus se  
quitur.

l Mat. 25. 1  
Homil. 79.  
in Matt. 1.

m Lue. 14.  
30.

n Luc. 12. 35

ditatene depresso; hostem domesticum superauit. Malum omne facilius vicitur, quam voluptas; quia illud quicquid est, horridum est; hoc b. andue. Hæc Sanctus Cyprianus, quæ ob te anxia castitati affecta, iure optio; o cæn poterit cantico illud Ecclesiæ primæua: i gaudens gaudebo in Dño, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salatis; & indumento hætitia circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam nilibus suis. Nō satis fibi esse existimauit, quod se Dei trii sponsam appellare sed nouo etiā alio nomine sponsum nūcupauit ut nouā aliam desponsationem spiritualem cū ipsam et castitate insinuaret; firmum cum ea pactum ineūd; quod eam diligere vellet ac tueri; eiq; fidelis esse omnibus diebus vita; Eum in modū quo dixit Salomon, te constituisse, kassiemere sapientiam sive sponsam amator factus formæ illius. Et in Vitis aliquorū Sanctorum legitur; paruisse ipsis Sapientiam & Castitatem in habitu virginum pulcherrimam fæse in sponsas offerentium; & ad semper illis conuiendum & cohabitandum. Vocat autē se sponsum decoratum corona: ed quod ad hanc adeò firmi & iucundam desponsationem non peruenit, nisi post strenuam cum castitatis hostibus pugnam, & obtentam coronam, quam premeretur eius gloria. Et que madmodū sponsus debet sponsam suam plenididis vestibus preciosissimis monilibus ornare: ita debet castitatem ipsam, quam accipit sponsam ornamentis reliquarum virtutum, & gemitis præclarorum operum exornare. Quamvis enim ipsa per se adeò sit pulchra & elegans, ut diximus si tamen nuda sit, nec his ornamentis induatur, non placebit sponsus calles qui regnum cælorum simile dixit esse decem Virginibus, quarum l quinque fuerunt fatua, ed quod lampades suas oleo non exornassent. Et merito (ad Chrysostomus) eas appellat fatuas, quæ cum grauiores conflictus super seni; in leuioribus succubuerunt; & custodiente corporis integratem, per lampadem significatae: eam non exornarunt, oleo charitatis & misericordiæ, quæ tempore rationis reddendæ suam agroscent stultitiam, cum se in tenebris esse videbunt, lampadibus extinctis, & illudentur, sicut is m quinque pitturrem perfectionis edificare, quam non consummavit; & iactis cum magna expensis adeò præclaris fundamentis, non erexit super ea muros & edifici Virgines autem prudentes, suas lampades exornant, & replet oleo Sanctorum operum deuotionis ac misericordiæ, quibus ignis charitatis fouetur & alitur: quo Virginitatis lampas miru in modum resplendet. Ne sunt ceteræ, quod corpora sint n præmeta, sed gestant quoq; lucernas ardentes in manib; sic ornantes cingulum Castitatis splendor Sanctorum operum, ut ad celestes nuptias admittantur. Sed quoniam spiritualis hæc desponsatio multo, excellenter obtinetur in statu religioso: cum de eo agemus, proponimus ea, quæ ad eius amplitudinem pertinent.

CAPUT